

PRECEPTUM

9

Secundo quia est operibus bonis approbata:

Tercio quia est caritate informata **P**rimus

pater. Nam fides secundum Augustinum habet triplices

actus. Nam uno modo fides credit deum cum aliis credit

ipsum esse primam causam omnium. Alio modo credit deo. sicut

qui credit quod ipse est omnipotens et quod unicuique tribuit secundum

merita sua. et isti duo actus sunt imperfecti et possunt

etiam ipsis demonibus convenire. **A**ugustinus libro de

fide et operibus. quod demones tremunt et contremiscunt.

Et non potest elici a fide informi. **T**ertio fides credit

in deum. et iste est actus fidei perfectus et caritate infor-

mat. **Q**uia secundum Augustinum in deum credere. est

credendo per amorem in ipsum ire et ei per fidem forma-

ram tanquam finem ultimo inherere. **S**ecundo fides inte-

gra debet bonis operibus esse approbata et per cari-

ritatem efficacissimam vitaliter informata. quod fides si-

ne operibus est sicut cadaver mortuum sine anima. **P**ro-

pter quod scribitur in canonica **J**acobi. et fides sine

operibus mortua est. **P**er istam autem expositionem non solum

demonstrant infideles non baptizati sicut iudei qui in unum

verum deum credunt sed in messiam: et sarraceni qui cre-

dunt in machometum. verum etiam quattuor genera

hominum baptizatorum contra hoc preceptum peccantium. et

per consequens demonstrant. **P**rimum genus est decipi-

entium sicut heretici qui falsis surreptionibus simpli-

ces in fide subvertunt qui et excommunicati sunt ipso

iure. extra de hereticis **E**xcommunicamus. 2. **S**i-

militer sortilegi et divini: de quibus dicitur. extra

de sortilegiis. **E**x tuarum. qui qui inspectiones sor-

tilegas faciunt etiam si ex zelo et sola simplicitate

B i